

fit, vt habeat homo, in quo suum creatorem recte imitetur, & resurgat fururus immortalis. Omnia amara ille potulit, vt nihil nos refugiamus. Quid enim amarum est in illo, quod medicus nobis dedit, poculo (ait Aug. ser. 18. de verbis euangelii) quod ille non biberit? Si contumeliam prior audiuit cum demones expelleret, demonium habes, & quod in Beelzebub eicitur demonia. Si dolores amari sunt, ligatus, flagellatus, crucifixus est. Si mors amara est, etiam mortuus est. Si genus mortis exhorrescit infirmitas, nihil illo tempore fuit crudelius, quam mors crucis. Non enim frustra commendans eius obedientiam, apostolus addidit dicens: Factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Quid ergo homo pro se pati debet (dicit Grego. in homil.) si tanta Deus pro hominibus per tulit? Quid non gustabit infirmus, si tanta amara pro infirmo bibit medicus sanus?

Cur hoc euangelium in hac dominica legatur.

Hanc domini passionem, & mortem, principium hodierni euangelii, commemorat, quod idcirco in hac dominica legi ecclesia instituit, vt huius meditatione in nobis ardeat diuini amoris ignis, qui inundans vanitates, & excessus, quos super modum, & ratio ne his diebus bestialiter superexcrescunt, temperet, absorbeat, & consumat. Siquidem penitus irrationabile est quod hoc tempore, quo nos ad instantem Quadragesimam dignè agendam preparare & accingere debemus, quod purgandis mentibus salubriter institutum est, tanta carnis lubricitate, ebrietatum, & comestationum superfluitate, morum lasciuia, & inhonestate, variis transformationibus gentilium errore introductis, & vniuersis nos turpitudinibus polluinus, vt ad eas diluendas multam quadragesimam non sufficerent. Volens lauare corpus sordentibus se spoliare vestibus iturus ad Balnea. Purgaturi mentem a pristinis toto anno contractis sordibus, nouis nos squaloribus, ac peccatorum sarcinis oneramus. Et quod dilectissimi profectet, si vniuer-

sa his diebus consumeretis, omnia deuoraretis, omni vos turpitudine fedaretis. Nunquid per hæc famem, aut carnis concupiscentiam extinguere poteritis? Reuera hæc gaudia (si tamen gaudia, & non verius infania dici debeant) in puncto cessabunt, atque extrema eorum luctus occupabit, paupertas, & infirmitas. Et vtinam cessaret hæc abusus his diebus, & non etiam in ipsis sacris diebus continuare tur.

Rogo itaque, & per viscera Iesu Christi vos exhortor, quatenus saltem ab illa diabolica abusione caueatis, quam doli artifex in multis introduxit locis vt torius Quadragesimam truncat, ne etiam in proxima quarta feria, quæ caput ieiunii vocatur, & est nouis comestationibus ieiunium soluitur. Ad dum capita vestra Deo humilianda sunt ac cinere conspergenda, tunc maior infania choreis, & turpitudinibus fordeatis. Noluit ille quod sicut capite lasso nihil sanum remanet, in corpore, ita soluto ieiunio in hac quarta feria, quæ caput ieiunii dicitur, tota censetur Quadragesima violata, vt habetur conse. distin. Non oportet. & c. non licet.

Et beatus Maximus in sermone, qui incipit: Ante dies deuotionis ait Qui constitutum numerum vna die manducando præterit, nõ vt vnus diei, violator exculcatur, sed vt torius quadragesima transgressor arguitur. Denique, si quem rerum paupertas, corporis infirmitas, aut laboris necessitas a seruanda ieiunii abstinentia die altero forsitan in toto, vel in parte excusaret. Quid excusationis præterdere poterit in districti iudicis examine, qui pro sola lasciuia, immo pro contemptu ecclesiasticæ ordinationis temerè recusat ieiunare? Non ille velut cecus illuminatus Christum sequitur, integros 40. dies non abstinens, sed illuminatus fide suum illuminatorem contemnit, & factus propriæ salutis immemor contradicit. Vos ergo non sic, sed abhorrete vana, & fugite falsa, declinate